

*137. Instrumentum testamenti
di Giacomo Curiale*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*137. Instrumentum testamenti
di Giacomo Curiale*

1435-10-11

(c. 222r) In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo tricesimo quinto, regnante serenissimo et illustrissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie, Ungarie, Hierusalem, Mayorice, Sardinie et Corsice, comite Barchimonnie, duce Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Russilionis et Ceritanie, regnorum eius ultra farum anno vicesimo, regni vero Sicilie citra farum anno primo feliciter amen, die undecimo mensis octobris, quarte decime indictionis, <apud civitatem Potentie.

1

Nos ma[gister] Migliaus Mordente de [Lau]rino, habitator civitatis Potentie et ipsius civitatis annalis iudex [pro presenti] anno quattedecime indictionis> preditte, Matheus de Sacco de eadem civitate> Potentie publicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto puplico testamenti instrumento fatemur, notumfacimus et testamur quod nobis predittis iudice, notario et testibus subscriptis ad rogatum et preces nobis fattas pro parte nobilis viri Iacobi Curialis de eadem civitate Potentie, ad domum habitationis eiusdem personaliter accersitis, sitam intus civitatem eamdem in parrochia Santi Girardi, confinatum iuxta domum Rogerii de Ferraria, iuxta vias puplicas et alios confines veriores, in qua quidem domo videlicet in ca(m)mera eiusdem domus invenimus ipsum Iacobum iacentem in letto infirmum morbo glandule et, licet infirmum corpore, sanus tamen mente et in recta locutione ac in // (c. 222v) bona memoria pariter *Così S per Barchinone*

collocatum et timens, ne quod absit, intestatus decederet, rerum suarum distributione non fatta, ac considerans statum fragilem humane nature et quod nil est certius morte et nil incertius hora mortis et quod mors nullis auxiliatur potentiis, nec auxiliis suffragatur, nec auro vel argento redimitur, nec potest quomodolibet evitari, volens saluti sue anime providere et bona sua disponere et salubriter ordinare, ministrante sibi gratia Salvatoris et ut inter successores suos nulla post eius obitum discordia oriatur, bona, ut predicitur, fruens memoria et sano sensu presens suum ultimum nuncupativum in nostrum quorum supra iudicis, notarii et testium subscriptorum in uno eodemque contestu in modum qui sequitur reddidit testamentum seu suam ultimam voluntatem et conditum dignum duxit. Quod quidem testamentum dittus Iacobus testator valere voluit et mandavit iure testamenti et, si iure testamenti non valeret forsitan seu valebit, saltem valere voluit et mandavit iure codicillorum, epistole donationis causa mortis et cuiuslibet alterius ultime voluntatis prout de iure melius valere potest // (c. 223r) et debet et debitam efficaciam obtinetur, itaque in omnem eventum et casum dittum instrumentum et contenta in eo realiter exequatur et debite executioni demandetur iuxta voluntatem, ordinationem et mentem ipsius testatoris; cassans dittus testator, irritans et annullans, ex certa eius scientia, omnia alia testamenta, codicillos seu ultimas voluntates per eum huc usque hactenus fatta, ordinata, condita seu ordinatas sub quacumque verborum serie sive forma, volens et mandans quod hec sit sua ultima voluntas et quilibet sibi quocumque modo succedens ipsam teneatur efficaciter adimplere. In primis, quia heredis institutio cuiuslibet testamenti dignoscitur esse capud, heredem sibi instituit Garganellum de Bono

Homine de Santo Severino nepotem suum, cui legavit nomine hereditatis preditte tarenos tres tantum et quod plus petere non possit in bonis suis; item elegit corpus suum sepelli intus ecclesiam Santi Girardi preditti in monumento suo et voluit et mandavit quod veniant ad exequias suas funerales clerici ditte ecclesie Santi Girardi tam in sero ad vigiliis, quam in mane et pro adventu eorum clericorum cum cera eorum legavit tarenos viginti quinque; item legavit Ioanne sue servitricis, filie adoptive, pro maritaggio suo vineam unam quam emit a clericis Santi Girardi preditti et unum corredum et tarenos viginti; item legavit // (c. 223v) Sabette uxoris sue uncias otto pro dotibus suis que dixit se recepisse et habuisse presentialiter et manualiter ab eadem tempore contratti matrimonii infra eosdem Iacobum et Sabettam; item legavit eidem Sabette uxori sue, in carlenis argenti, uncias quatuor pro dodario quod sibi constituit tempore contratti matrimonii infra eosdem, prout dixit ipse testator; item legavit eidem uxori sue duas clamides, unam coloris rubei et alteram coloris violati cum ornamentis earumdem; item legavit eidem duas cottarditas seu gunnellas muliebres unam coloris celestis cum aureis friseis et campanellis et alteram coloris viridis cum campanellis suis et si ca(s)u ditte campanelle non essent in ditta gunnella et ipsa uxor sua valeat ipsorum capere et sui facere et quod sint sue, ita voluit ipse testator; item legavit eidem par unum paternostri de corallis rubeis; item legavit eidem uxori sue duas corrigias de argento cum <cintis coloris celestis pro uncis duabus et tarenis decem, ita quod excomputent(ur) in dotibus suis predictis. Item legavit eidem uxori sue Sabette pro bonis servitiis sibi prestitis corrigiam unam parvam de argento cum> cinto

partato rubeo et viridi; item legavit eidem uxori sue duos pelliparios de pellibus agninis albis; item legavit eidem uxori sue subscripta bona mobilia que recepit et habuit ipse testator, ut dixit, ab eadem pro contemplatione matrimonii contratti inter eosdem, videlicet: sacconum unum de lana culurata, item mataratia quatuor // (c. 224r), duo de burdis et duo laborata plena lana ad telas tres; item plomatia duo de bombice quorum unum est largum et aliud strittum, plena pennis; item de lintiaminibus paria tria ad telas tres; item culcitras duas de lino, quorum una est de dubletto et alia de panno satto et una est ad telas tres et ad telas quatuor laboratam ad fellas; item trappetos duos de lana laboratos diversi modi et diversorum colorum, quorum unum extat telas tres et aliud ad telas duas; item bumbalia quatuor de lana diversorum colorum; item mesalia duo ad vanum grandia; item mesalia tria ad cubitellum et unam tobaleam de fazatura; item <manuten(n)a> tria seu guardanappos; item tobaleas septem seu mandilia tamen voluit ipse testator quod et mandavit quod stet(ur) et credat(ur) sue uxori sacramento tantum de dittis tobaleis septem seu mandiliss predittis; item cortinam unam de lino listatam serico diversorum colorum ad duo petia; item anticalia seu riglieria tria; item coppas duas cum auro in capitibus ac legavit eidem omnia alia legamenta sua prout reperiuntur; item de here caldarias duas magnas et unam aliam parvam; item concam unam magnam novam; item barrile unum de here de Cipro; item sartaginas duas, unam magnam et aliam mediam; item unum pontonettum novum; item par unum de tiellis; item pignatam unam // (c. 224v) magnam de here; item unum capifocum; item catenam unam ad ignem et unam lucernam de ferro et duos cardines, unum parvum et alium magnum et unum par

pettini ad pettinandam lanam et de pitro duos plattellos magnos, scotellas tres et duo saleria. Item dittus testator dixit se habere in custodia et recommissa penes se subscripta bona Loysii Lombardi de Diano, que bona inferius annotata legavit ipse testator eidem Loysio, videlicet: unum sportonum clausum cum sera cuius clavis est penes ipsum Loysium; item mataratium unum pannonicum ad telas tres plenum lana; item culcitram unam magnam usitatam; item plumatium unum strittum plenum lana; item par unum linteaminum ad telas duas cum dimidiam; item tobaleam unam usitatam pro tabula causa commedendi; item copertam unam de lana albam; item caldariam unam magnam de here et unam sartaginam magnam de here; item cuncam unam de here et cocucium unum de here; item lambichum unum de here et cathenam unam de ferro ad ignem; item legavit eidem uxori sue Sabette preditte pro bonis serviitiis sibi prestitis scrineum unum parvum serratum cum sera et clavi; item legavit preditte Sabette uxori sue predittas uncias otto pro dotibus suis predittis, quas uncias otto ipse testator dixit se recepisse et habuisse ab eadem uxore sua tempore contratti matromonii inter eosdem pro contemplatione matrimonii preditti et similiter // (c. 225r) pro dodario uncias quatuor predittas secundum usum et consuetudinem et patta civitatis Potentie ut dixit; item legavit Richardo de Laurentiola habitatori Atelle, quos sibi tenetur, tarenos decem et otto cum dimidio quos sibi mutuavit Atelle, ut dixit; item legavit Ricardo delo Cecce de Atella, quos sibi tenetur, tarenos quinque quos sibi mutuavit; item legavit notario Tomasio Strambo de Potentia, quos sibi tenetur, tarenos decem et otto; item legavit Loysio Lombardo de Diano preditto, quos sibi tenetur, tarenos duodecim; item legavit Antonio

Capacio de Puteolo, habitatori civitatis Potentie, carlenos tres, quos sibi tenetur; item legavit domino Guglielmo de Magliano, archidiacono Potentino, et domno Luce de Coffo, cantori Potentino, unciam unam et tarenos viginti sex et granos sexdecim, quibus sibi tenetur ipsam pecuniam sicut dixit pro exequiis quondam Angeli filii sui; item voluit ipse testator et mandavit quod, soluto presente testamento et legatis in eo debitis ex(ecutio)ni demandatis, quod omnia qua supererint seu remanserint sint ecclesie Santi Girardi preditti; item legavit medietatem terrarum suarum que sunt in contrata Riviscori civitatis Potentie ecclesie Santi Francisci civitatis eiusdem et aliam medietatem // (c. 225v) dittarum terrarum legavit ecclesie Santi Girardi preditte civitatis eiusdem, comuniter et pro indiviso; item legavit domino Angelo de Teodoro patruo suo pro fategiis suis tarenos duos; item legavit pro malis oblatiis incertis tarenos duos; item voluit et mandavit testator ipse quod si ditta Sabetta uxor sua voluerit custorire cubile suum viduum, per annum, ut moris est in civitate Potentie, quod ipsi Sabette tam pro alimentis suis et vittu et etiam pro habitatione provideatur ad arbitrium epitroporum suorum subscriptorum et similiter voluit testator ipse quod providentur Ioanne sue servitrici preditte < tamquam tam> pro alimentis et vittu quam pro habitatione sue residentie per predittos subscriptos epitropos donec pervenerit ad maritum; item fecit, elegit et ordinavit suos epitropos, fidecommissarios, distributores et executores sui presenti ultimi testamenti et sue ultime voluntatis venerabilem domnum Guglielmum de Magliano archidiaconum et dominum Luca de Coffo cantorem, Potentinos, presentes et onus huius epitropatus in se sponte suscipientes et quelibet ipsorum in solidum

quibus quidem executoribus et cuilibet ipsorum in solidum ita quod occupantis conditio potior non // (c. 226r) extitit, sed quod unus ipsorum inceperit alter ipsorum prosequi valeat nihilominus mediare et finire, alterius presentia vel absentia non abstante, dictus testator dedit et concessit plenam licentiam ac liberam et omnimodam potestatem, auctoritatem plenam, liberum arbitrium et speciale mandatum propria eorum auctoritate sine heredis contrarietate intrandi, exeundi, capiendi et apprehendendi inde tantum de bonis mobilibus omnibus et stabilibus, iuribus et actionibus quibuscumque ipsius testatoris ubicumque sitis et positis pro facienda executione testamenti predicti ipsaque bona vendendi, alienandi vel insolutum dandi aliisque subastatione et solemnitate qualibet iuris et facti que in talibus requiruntur cuiuscumque seu quibuscumque personis emere illa et habere volenti seu volentibus, pretio seu pretiis quo seu quibus dicti executores poterint convenire, pretium seu pretia ipsa petenda et recipienda ab ipsis emptoribus et quolibet ipsorum, instrumenta quacumque necessaria et et(iam) oportuna faciendi et fieri faciendi, cum omnibus renuntiationibus et solemnitatibus aliis oportunis ipsumque pretium et pecuniam in premissorum legatorum solutionem et satisfactionem convertendi, solvendi et liberandi donec fuit ad plenum executio testamenti // (c. 226v) predicti; debita queque et pecuniarum quantitates debenda et debendas dicto testatori per personas et debitores quoscumque suos cum scripturis publicis et privatis vel sine, petendi, exigendi, recipiendi, recolligendi et habendi ab ipsis debitoris et quolibet eorundem ubicumque sitis et positis seu sito et posito et de his que proinde reciperent quietandi, absolvendi et liberandi quo usque fiat ad

plenum executio testamenti preditti et, si expedit, causandi, agendi et defendendi et omnia alia faciendi et agendi et exequendi que expedienda videbuntur et debitores testatoris eiusdem quoscumque conveniendi et ad iudicium trahendi omnia via, iure et modo quo seu qua dici et censeri pot(erit) ac fieri et ad preditta requiruntur pro habitione dittorum debitorum, quibus et ex quibus legavit pro fatigiis suis tarenos quatuor, pro quolibet tarenis duo; item voluit dittus testator et mandavit expresse quod si presens suum ultimum testamentum in aliqua iuris et facti sollemnitate deficeret, quod instrumentum seu testamentum ipsum per nos semel, bis, ter et quotiens opus fuerit dittari, refici, corrigi et emendari ad consilium sapientis cuiuscumque, itaque plena et inespugnabile ubilibet obtineat roboris firmitatem, fatti et veritatis substantia non mutata. Unde ad // (c. 227r) futuram rei memoriam et ditti testatoris preces et predittorum epitroporum cautelam vel cuius interest et poterit interesse in futurum presens testamenti instrumentum exinde fattum est per manus mei preditti notarii, signo meo solito signatum, mei cuius supra iudicis et subscriptorum subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

Così S per Nicolaus

Così S per? guttineras

Così S per schitto

Così S per? ventalia

6

7

Quod scripsi ego predittus Matheus puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi; superius autem in quatragenta quinto virgulo ubi legitur «cantori Potentino» abrazi et emendavi quod accidit non vitio, dolo, sed scribendo casualiter erravi ac etiam in quinquagesimo quinto virgulo interviregulavi quod similiter accidit non vitio, dolo, sed scribendo casualiter erravi unde pro authentico habeatur. (SN) Ego Antonellus de Roto ad contractus iudex vigore et autoritate quarundam reginalium litterarum cum potestate mihi concessa per dittam magestatem <sic> quod possui me subscribere loco iudicum mortuorum, non quod fateor me interfuisse in presenti contrattu, sed in reperi in attis et prothocollis notarii Mathei subrogatus, mea propria manu subscripsi et proprio signo signavi. † Ego dominus Nicolaus Zappa archipresbiter ecclesie Sante Trinitatisde Potentia interfui (c. 227v) Ego subdiaconus Ioannes de Patitanus testis interfui et me subscripsi † Ego Baldasar de Abrutio testis sum † Ego Ioannes Matheus de Ascis de Potentia testis interfui † Ego Iacobus de Bono Ioanne testis interfui

8

9

Così S per? dramum
Così S per coqutellum
In docc. coevi Patitarius
In docc. coevi Astis